

Band I., Nr. 110, Seite 129-130

*Willihilt gibt für ihr und ihrer Aeltern Seelenheil ihr Eigentum in
Wiggenhausen in Teuringer Mark unter hinzugefügten nähern
Bestimmungen an das Kloster St. Gallen.*

St. Gallen, 844. April 5.

In dei nomine. Perpetrandum est unicuique quod evangelica vox ammonet, dicens: redemptio uniuscuiusque proprię divitię. In hac ammonitione ego Uuillihilt, compuncta atque commota, trado ad monasterium sancti Galli, atque transfundo cum manu Adalolti advocati mei, ubi Grimaldus abba venerabilis p̄resse videbitur, pro anime meę remedio patrisque ac matris meę, qui illud, quod modo trado, in iurem proprietatis dimiserunt. Illud autem, quod trado, est situm in pago Lintzgauge, et in loco qui nominatur Uuickinhusa in Turingaro¹ marchio, sicut ibi hodierna die visa sum proprietatis possidere, manu potestativa deo omnipotenti et beato Galloni et rectoribus eius trado atque delegabo. Omnia videlicet, exceptis mancipiis et unam pratam, que premitto et non trado, reliqua omnia, hoc est, domibus cum ceteris ędificiis, campis, pratis, pascuis, silvis, viis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, quesitis vel adhuc inquisitis, cultis vel incultis, quicquid dici aut nominari potest, ad eundem nominatum monasterium et monachis ibi deo famulantibus trado atque transfundo. In ea videlicet conditione, ut p̄fatas res per precariam ad me iterum recipiam, et quasi pro beneficio possideam tempus vite meę, et abinde annis singulis in censum persolvam ad ipsum monasterium in tribus rebus uno solid[o] valente, hoc est, in argento et grano, vel in textura feminea; et illud persolvatur singulis annis in festivitate sancti Galli. Si autem maritus meus Haihcho me supervixerit, ipsas res prenominatas ad se recipiat, et eundem censum singulis annis persolvat tempus vitę suę in eadem festivitate. Post obitum vero amborum nostrorum res prenominatas in dominationem sancti Galli, et rectorem eius revertantur perpetualiter possidende absque ullius contradictione. Si quis vero, quod omnino evenire nec credo, qui illa traditionem inrumpere conatus sit, aut eam alienare voluerit a predicto domo dei, illud perficere nullo ingenio valeat, sed primitus iram dei incurrat, et postea omnium sanctorum, et postea in erarium regis sit culpabilis auri untias tres, totidemque pondera argenti coactus

¹Hier ist wohl Oberteuringen, Oberteuringen, FN, gemeint; vgl. MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): *Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen*, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 394, Anm. 390, und S. 372, Anm. 231.

II

persolvat, et quod quesivit evindicare non valeat, sed presens traditio omni tempore inconvulsa et stabilis permaneat, cum testibus subnexa. Actum in ipso monasterio in presentia Grimaldi abbatis, ceterisque testibus presentibus, quorum hic signacula continentur. Signum Uuillihilde et Adalolti vocati eius, qui hanc traditionem scribere et firmare rogaverunt. Signum Haihcho. + Ruadman. + Appo. + Uuarmunt. + Ekihart. + Alman. + Cundheri. + Lantho. + Uualdram. Ego itaque Uuatto indignus levita, rogatus scripsi et subscripsi^a. Notavi diem Sabbati in nonas Apriles, indictione VI., anno V. domni Hludauuici² regis nostri, sub Choanrato comite, feliciter. Amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

^aDie Silbe *si* im Rekognitionszeichen.

²Zum Jahr 844, in welchem der 5. April auf einen Samstag fällt, passt das fünfte Königsjahr Ludwigs (*in orientali Francia*), wenn von 839 an gerechnet wird, vgl. BÖHMER, JOHANN FRIEDRICH: Regesta chronologico-diplomatica Karolorum. Die Urkunden sämtlicher Karolinger in kurzen Auszügen mit Nachweisung der Bücher in welchen solche abgedruckt sind, Frankfurt am Main 1833, S. 74. Es passt hierzu auch der Abt Grimald und der *Choanradus comes* in Linzgau, endlich auch, wenn gleich nicht genau, die Indictio VI; hier müsste eigentlich die Indiktio VII stehen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen II, 170

Editionen:

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 223. UB St. Gallen, Bd. 2, Nr. 390, S. 10 f.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

St. Gallen

Ortsindex:

Oberteuringen Wohnplatz (18153)
 Oberteuringen, FN
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Wiggenhausen Wohnplatz (17916)
 Wiggenhausen, Friedrichshafen, FN